nea. [n] *Segue* s *cancellata.* [o] *Segue* ex illis Franceschi Mantegatii *nell'interlinea, senza richiamo al testo.* [p] *Segue* in *cancellato.* [q] societatis *manca; c'è nella r. precedente.* [r] *Segue* sive *cancellato.* [s] *Segue* unius sen *cancellato.* [t] MCCLXVII *in* B *per errore, con* VII *su rasura.* [u] canzellare *su correzione di* canzellent. [v] *Segue* a meridie via *cancellato.* [x] *Segue* se *cancellato.* [y] *Segue parola cancellata.* [z] de *ripetuto.* [aa] sut *senza segno abbreviativo.* [bb] qui *manca in* B.

[1] Nel 1284 il 6 marzo cadeva in lunedì.
[2] Nel 1277 il 27 agosto cadeva in venerdì.

LVII.

1278 gennaio 11, martedì

Gaspare de Arnate notaio «ad condempnationes» del comune di Milano ordina a Giovanni del fu Davide de Muzano e a Mussone del fu Corrado de Muzano di Baranzate di pagare ad Alcherio de Osa procuratore del Monastero Maggiore di Milano il fitto dovuto dall'anno 1275.

Originale, cucito con altri atti, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, Mon. Maggiore, cart. 490, n. 591 (A). Citato in atto del comune del 1280 dicembre 18: v. doc. n. CXXXVIII.

Cit.: E. OCCHIPINTI, *Il contado* ..., p. 108.

MCCLXXVIII, die martis XI ianuarii, indictione VI. Precepi ego Gasparus de Arnate notarius ad condempnationes Iohanni filio quondam Davidi de Muzano et Mussoni filio quondam Chonradi de Muzano qui habitant in loco Barenzate et utrique in solidum ut propter eorum condempnationem hinc ad diem crastinam proximam det[a] et solvat[a] Alcherio de Osa, recipienti[b] nomine et ad partem et utilitatem domine abbatisse Monasterii Maioris et capituli et conventus eiusdem, modios viginti quatuor et starios septem misture, videlicet medietate sicalem et medietate milium de ficto preterito de anno currenti MCCLXXV citra cum quanto plurimi valuit et vallebit preterito termino; promitentes dicti Iohannes et Musso uterque eorum in solidum suprascripto Alcherio, obligando se et omnia sua bona pignori[c], quod dabunt et solvent hinc ad suprascriptum terminum predictam blavam cum omnibus usuris et expensis et dampnis et interesse que fierent pro predicta blava petenda et exigenda preterito termino, renontiando omnibus feriis et dillationibus causarum et quod non possit[c] dare in solutum cartas nec notas debiti comunis Mediolani. Testes noti Catellanus Bullius et Prevostus filius ser Brunaxii de Manziago et Rizardus Guarengus et Galdinelus de Lazerata; et Albertus Trullia pro notario[d].

Ego Petrus Magancia notarius ad condempnationes subscripsi.

Ego predictus Gasparus notarius ad condempnationes scripsi.

[a] *Così in* A. [b] renti *senza segno abbreviativo.* [c] *Segue lettera cancellata.* [d] *In calce a destra*: Dedit pro condempnatione imperiales VIII.

LVIII.

1278 gennaio 13, giovedì

Giacomo Tadono giurisperito, a cui è stato affidato dai consoli di giustizia di Milano l'esame della causa di cui all'atto del 3 dicembre 1277, rimanda per la seconda volta il termine per produrre le prove.

CCCXXXVIII.

1284 settembre 20, mercoledì, Milano, «in brolieto novo comunis»

Alcherio de Concorezo giurisperito, a cui è stato affidato da Bernabò de Artemanis giudice e assessore del podestà di Milano l'esame della causa in corso tra il monastero di S. Ambrogio di Milano e alcuni debitori, ordina al notaio Giacomo de Turre di redigere in pubblica forma un libello indirizzato dall'abate del monastero al detto assessore.

Originale, cucito con altri atti, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, Mon. S. Ambrogio, cart. 323, tav. 14, n. 26 (A).

(ST) In nomine Domini. Anno a nativitate eiusdem millesimo ducentesimo octuagesimo quarto, die mercurii vigesimo die setembris, indictione terciadecima. In brolieto novo comunis Mediolani. Presentibus Alberto de Turre et Iohanne filio quondam Mirani Machi porte Vercelline et Crottone Villano porte Ticinensis, testibus. Dominus Alcherius de Concorezo iurisperitus, cui comissa est audientia cause a domino Bernabove de Artemanis iudice et assessore potestatis Mediolani, precepit michi infradicto Iacobo de Turre notario publico ut insinuarem et in publicam[a] formam redigerem infradictum libellum ita ut perpetuo valeat et teneat et ei tamquam publice et originali scripture fides adhibeatur. Cuius tenor talis est. In nomine Domini. Coram vobis domino Bernabove de Artemanis iudice et assessore potestatis Mediolani proponunt dominus abbas et conventus monasterii Sancti Ambrosii Mediolani, eorum nomine et nomine dicti monasterii, quod quondam dominus Guilielmus olim abbas dicti monasterii nomine illius monasterii investivit nomine locationis et massaritii Sarandum de Legniano et Guifredum cui dicebatur Mutius de Legniano nepotem suum de quam pluribus sediminibus et petiis terrarum ipsius monasterii iacentibus in loco et territorio de Villalba et in locis et territoriis circumstantibus. Item quod predicti Sarandus et Guifredus uterque in solidum promiserunt et convenerunt dare et solvere et consignare in ipso monasterio singulis annis predicto quondam domino abbati ad partem dicti monesterii[b] modios triginta frumenti et modios centum misture, medietatem sicalis et medietatem milii, ad iustam mensuram comunis Mediolani et pullos viginti quinque pro ficto suprascriptorum sediminum et terrarum. Item quod Girardus filius quondam Ugonis de Legniano extitit fideiussor et principalis debitor pro ipsis Sarando et Guifredo, obligando omnia sua bona pigneri eidem quondam domino abbati ad partem dicti monasterii pro predictis. Item quod ipse dominus abbas et conventus[c] et illud monasterium debent habere pro predicto ficto usque ad quantitatem modiorum ducentorum nonaginta frumenti et modiorum quatuorcentum siliginis et modiorum quatuorcentum milii et pullos mille pro ficto preterito annorum triginta proxime preteritorum. Item quod infradictum mollandinum et infradicte petie terrarum iacentium in territorio loci de Salvano fuerunt suprascripti quondam Girardi de Legniano fideiussoris et per eum vel eius nomine detente et possesse. Item quod in dicta investitura in favorem suprascripti monasterii inter cetera actum et dictum fuit in hunc modum, videlicet hoc acto et expressim dicto inter ipsos contrahentes voluntate et ex mera concessione ipsorum debitorum et fideiussoris quod predictus quondam dominus abbas nomine dicti monasterii et capitulum ipsius monasterii possint pro suprascripto ficto et debito intrare in possessionem bonorum ipsorum debitorum et fideiussoris et bona eorum aufferre et robare usque ad plenam satisfactionem ipsius ficti et debiti sua auctoritate etcetera, prout in pactis ipsius investiture plenius promissum et conventum[c] fuit ipsi monasterio per eos debitores et fideiussores[b]. Item quod Guilielmus Cagalantia sindicus dicti monasterii nomine ipsius[d] ad imitationem et

executionem iuris dicto monasterio pertinentis et spectantis secundum modum et formam predictorum pactorum et conventionum, que fuerunt habita et celebrata inter ipsum quondam dominum abbatem nomine ipsius monasterii ex una parte et predictos debitores et fideiussorem ex alia, aprehendit possessionem infradicti mollandini et infradictarum petiarum terre que fuerunt suprascripti quondam Girardi fideiussoris et per eum vel eius nomine detentum et possessum et detente et possesse, et in ea possessione intravit dictus Guilielmus nomine suprascripto. Qua re dicti dominus abbas et conventus[c] nomine suprascripto petunt et requirunt a vobis predicto assessore quatenus pronuncietis et per sententiam declaretis predictum Guilielmum sindicum suprascripto nomine potuisse aprehendere predictam possessionem infradicti mollendini[b] et infradictarum petiarum terre et in eam possessionem potuisse intrare et ipsam possessionem et ingressum possessionis factam et factum per ipsum sindicum nomine suprascripto de infradictis mollandino et petiis terrarum valuisse et tenuisse et valere et tenere non obstante contradicione Petri et Meregi fratrum qui dicuntur Meregarii et Leonis Pingiroli et Marliani Pingiroli qui dicitur Manzolus et Iohannis Tencharii qui dicitur Bisacha nec alicuius eorum nec alicuius alterius persone. Item ut pronuncietis et per sententiam declaretis ipsos dominum abbatem et conventum[c] et dictum monasterium posse uti comodo dicte possessionis. Item ut pronuncietis et per sententiam declaretis et condemnetis predictos Petrum et Meregum fratres et Leonem et Marlianum et Iohannem et quemlibet eorum in solidum debere evacuare et spatiare et evacuatum[b] et spatiatum[b] dimittere et restituere omnem possessionem et detentationem qualem[b] qualem, si quam habent, de infradictis mollandino et petiis terrarum predictis domino abbati et conventui[c] nomine suprascripto et dicto monasterio cum omnibus fructibus et redditibus ipsius mollandini et ipsarum petiarum terre perceptis et percipiendis suo tempore determinandis. Que quidem omnia facere debetis et tenemini et sic fieri debent de iure. Et prefati Petrus et Meregus et Leonus et Marlianus et Iohannes predicta omnia facere debent et tenentur de iure iuribus et rationibus predictis et qualibet earum et aliis rationibus similiter que ostendentur in processu cause. Mollandinum vero et petie terrarum sunt istud et iste et iacent[e] in territorio loci de Salvano, videlicet in primis dictum mollandinum cum suis hedificiis et petiis duabus terre, una prati et alia terre, que est ortus, quibus coheret ad supertotum a mane via sive lectus Rovorxelle, a sero flumen Neronis, a monte fratrum domus de Rondanario de loco Villabezono, et sunt illud pratum et ortus pertice viginti una vel id circa. Item petia una campi iacens prope ipsum locum de Salvano, cui coheret a mane flumen Neronis, a meridie Guidoti de Legniano, a sero et a monte via, et sunt pertice quatuordecim vel sedecim vel id circa.

(ST) Ego Iacobus filius Alberti de Turre notarius civitatis Mediolani, porte Vercelline, rogatus tradidi et scripsi.

[a] *La* b *corretta su* p. [b] *Così in* A. [c] coventus *senza segno abbreviativo, come nelle rr. ss.* [d] *Segue* nomine *ripetuto.* [e] iacent *con segno abbreviativo.*

CCCXXXIX.

1284 ottobre 16, lunedì, «in consulatu Mediolani»

Uberto Samaruga console di giustizia di Milano, faggia di porta Cumana e porta Romana, decreta che il monastero di Caronno entri in possesso dei beni di Marchese e Giacomo detti Donegi di Caronno fino all'estinzione del loro debito.

Orignale, cucito con altri atti, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., P. antica, Milano, Mon. S. Margherita, cart. 1905, n. 41 (A).

Reg.: T. MARTELLINI, *Le pergamene delle abbazie* ..., in «Studi di Storia medioevale e di Diplomatica», 11, p. 60, n. 197.

(ST) In nomine Domini. A nativitate eiusdem millesimo ducentesimo octuagesimo quarto, die lune sestodecimo die mensis octubris, indictione tertiadecima. Dominus Ubertus Samaruga consul iustitie Mediolani, fagie porte Cumane et Romane, ex offitio sui consulatus statuit et decrevit dominam Leticiam habatissam monesterii de Carono suo nomine et nomine capituli illius monesterii fore inducendum[a] in ponsessionem[a] omnium bonorum et rerum Marchioni et Iacobi qui dicuntur Donegi de loco Carono usque ad somam debiti sui quod dicit esse librarum decem tertiolorum. Quam possessionem dictus consul statuit esse dandam et dedit quoniam ipsi Marchion et Iacobus sunt preteriti in eius banno ita tamen ut tedio effectus[a] veniant responsuri. Actum in consulatu Mediolani. Interfuerunt ibi testes Ubertinus de Gixulfis et Ubertinus Brunonus et Peroninus Cumlablava, omnes civitatis Mediolani.

(SM) Ego Cabrius Stampa consul iudes suprascripte fage[a] subscripsi.

(ST) Ego Ambrosius de Affuri notarius ad sententias suprascripte fagie scripsi.

[a] *Cosìin* A.

CCCXL.

1284 ottobre 16, lunedì

Uberto Samaruga console di Milano ordina ad Ottobello de Caxano servitore del comune di immettere il monastero di Caronno in possesso dei beni di cui al decreto precedente.

Notaio Ambrogio de Arexio.

Citato nell'atto che segue.

CCCXLI.

1284 ottobre 18, mercoledì, Caronno

Ottobello de Caxano servitore del comune di Milano immette Petrazio Biffo procuratore del monastero di Caronno in possesso di terre site nello stesso luogo, a seguito precetto del console Uberto Samaruga in esecuzione del decreto di cui all'atto del 16 ottobre.

Originale, cucito con altri atti, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., P. antica, Milano, Mon. S. Margherita, cart. 1905, n. 41 (A).

Reg.: T. MARTELLINI, *Le pergamene delle abbazie* ..., in «Studi di Storia medioevale e di Diplomatica», 11, p. 60, n. 198.

(ST) Anno dominice incarnationis millexìmo ducentexìmo octuagexìmo quarto, die mercurii decimo octavo octubris, indictione tertiadecima. Coram testibus infradictis Hotobellus de Caxano servitor comunis Mediolani dedit et induxit Petratium Biffum cui dicitur Sozo loci de Carono, sindicum et procuratorem totius capituli monasterii de Carono, in posessionem corporallem et tenutam de infradictis terris iacentibus in territorio de Carono, ex precepto sibi facto per dominum Hubertum Samaruga[a] consullem Mediolani, ut aparet, et signato per Ambrosium de Arexio notarium die lune sestodecimo die octubris, nominative de peciollis duabus terre iacentibus in territorio de Carono, ibi ubi dicitur ad Stratam Mediolani: prime peciolle coheret a mane heredis condam Morandi Boxi et meridie monasterii de Carono et sero Guilielmi Molzi in parte et monte Iacobi Donici, et est pertica una; secunde[a] petie[a] iacet ibi prope et coheret a mane Gasparri de Bollate et meridie Iacobi Donichi[a] et sero strata Mediolani et monte Marchionis Donichi[a], et est pertica una; de quibus domina Letitia habet posessionem tediallem datam per dominum Hubertum Samarugam consullem Mediolani. Actum in suprascriptis campis. Interfuerunt ibi testes dominus Rizardus Crivellus filius condam domini Hotonis et Iacobus Biffus filius condam ser Maifredi Biffi et Lantelmus Biffus filius condam ser Anzelerii Biffi, de Carono omnes.

(ST) Ego Guido Biffus loci de Carono notarius tradidi et scripsi.

[a] *Così in* A.

CCCXLII.

1284 ottobre ...

Alla presenza di Bernabò de Artemanis giudice e assessore del podestà di Milano depone Goffredo Caniolo procuratore del monastero di S. Ambrogio di Milano nella causa in corso con i fratelli Leone e Marliano Pingirolli relativa a un mulino e ad alcune terre nel territorio di S a l v a n o.

Copia autentica coeva, molto lacerata nella parte alta e al centro, con macchie, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, Mon. S. Ambrogio, cart. 323, tav. 14, n. 26 (B).

MCCLXXXIIII, die .... die octo[bris. Coram domino Bernaboe de Artemanis iudice et assessore] potestatis Mediolani ponit Guifredus Caniolus nomine domini abba[tis et conventus monasterii Sancti Ambrosii Mediolani], quorum sindicus est, in causa quam habet suprascripto nomine cum Petro [et Merego fratribus qui dicuntur Mere]garii et Leone Pingirollo et Marliano Pingirollo qui dicitur [Manzolus] .... quod molandinum illud iacens prope locum de Salvano et petie ille terra]rum iacentes in territorio illius loci, de quibus [queritur] et in libello continentur, fuerunt quondam [Gir]ardi de Legniano filii quondam [Ugonis], respondit: 'Suprascriptus Petrus suo nomine et fratris se credere', sed negat esse tot ...... It[em quod] dictus quondam Girardus eas terras et dictum molandinum tenuit et possedit, respondit: 'Dictus Petrus ut supra suprascripto nomine'. Ibique incontinenti, factis predictis responsionibus, predictus Guifredus suprascripto nomine primo dedit predicto Petro suo nomine et fratris infrascriptas positiones, quarum tenor talis est. In nomine Domini. Coram vobis domino Bernaboe de Artemanis iudice et assessore potestatis Mediolani ponit Guifredus Caniolus nomine domini abbatis et conventus monasterii Sancti Ambrosii Mediolani, quorum sindicus

est, in causa quam habet suprascripto nomine cum Petro et Merego fratribus qui dicuntur Meregarii, nominatis dominis in iuditio a Leone et Marliano qui dicuntur Pingiroli[a], videlicet im[a] primis quod molandinum illud et petie ille terrarum iacentes in territorio loci de Salvano, de quibus queritur et in libello fit mentio, fuerunt detente et possesse per Girardum filium quondam Ugonis de Legniano vel eius nomine [anno c]urrente MCCXLIII. Item quod dictum molandinum et terre predicte fuerunt de[tente et] possesse et detentum et possessum per ipsum Girardum vel eius nomine anno [currente] MCCXLIIII. Item quod dictum molandinum [et predict]e terre fuerunt detente et p[osses]se et detentum et possessum per ipsum Girardum [vel ei]us nomine anno currente MCC[XLV].

Ego Albertonus de Casate notarius palatii comunis Mediolani subscripsi et in quaterno possui.

[a] *Così in* B.

CCCXLIII.

1284 novembre 2, giovedì

Alla presenza di Bernabò de Artemanis giudice e assessore del podestà di Milano Giacomino de Aplano servitore del comune riferisce di essersi recato, su precetto dell'assessore a seguito petizione del monastero di S. Ambrogio di Milano, in porta Cumacina per ordinare ai fratelli Pietro e Merego detti Meregari, nominati «domini in iuditio» dai fratelli Leone e Marliano detti Pingirolli, di presentarsi immediatamente all'assessore per la causa in corso con detto monastero.

Copia autentica coeva, di seguito all'atto precedente (B).

MCCLXXXIIII, die iovis secundo die novembris. Coram domino Bernaboe de Artemanis iudice et assessore potestatis Mediolani retulit Iacobinus de Aplano servitor comunis Mediolani hodie ante prandium se ivisse, precepto dicti assessoris ad petitionem domini abbatis et conventus monasterii Sancti Ambrosii Mediolani et Guifredi Canioli eorum sindici, in porta Cumacina, ad domum Petri et Mereghi fratrum qui dicuntur Meregarii nominatorum dominorum in iuditio a Leone et Marliano qui dicuntur Pingirolli ut hodie post nonam peremptorie, non expecctata[a] die[b] crastina, deberent venire ante ipsum assessorem cum omnibus suis iuribus ad sententiam audiendam et ad solvendum suam partem scripture consilii illius sententie et ad procedendum in ea causa, alioquin dictus assessor pronuntiabit dictam sententiam non obstante eorum[b] absentia et procedet in ea causa secundum quod postulat ordo iuris.

Ego Doneginus Donegus notarius palatii comunis Mediolani subscripsi.

[a] *Così in* B. [b] *Segue parola cancellata.*

CCCXLIV.

1284 novembre 3, venerdì

Alla presenza di Lorenzo Ferrario console di Milano Giacomo Bianco servitore del comune riferisce di aver convocato, su precetto del console a seguito petizione della chiesa di Vimercate, Stefano detto de Inziago di Vimercate.

CDIL.

1288 maggio 12, mercoledì

Alla presenza di Tadeo de Asisio giudice e assessore del podestà di Milano Pietro de Marnate servitore del comune riferisce di aver intimato, su richiesta del monastero di Montano o S. Maria in Valle di porta Ticinese, a Roberto de Ranchate e a Marco, mulinari del mulino di C a d a n g i o sito presso il monastero, di presentarsi nella lite con il monastero stesso.

Copia semplice coeva, cucita con altri atti, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, S. Maria in Valle, cart. 468, s. n. (B).

MCCLXXXVIII, die mercurii XII mensis madii, indictione prima. Coram domino Tadeo de Asisio iudice et assessore potestatis Mediolani retulit Petrus de Marnate servitor comunis Mediolani se, ad petitionem domine habbatisse monasterii de Montano sive Sancte Marie in Valle porte Ticinensis, eius nomine et capituli et conventus eiusdem monasterii, requisivisse Robertum mullinarium de Ranchate et Marcum mullinarium, qui habitant in mollendino de Cadangio sito in flumine Barone prope monasterium de Montano, et dedisse eis et cuilibet eorum terminum suprascripto die mercurii XII die madii.

CDL.

1288 maggio 22, sabato, Arese

A Marino de Raude servitore del comune di Milano, presente su mandato di Tadeo de Asisio giudice e assessore del podestà, e a Manfredo de Lomagnia procuratore della chiesa di S. Maria in Valle vengono consegnate dai consoli e dai vicini di Arese le terre della chiesa.

Originale, con scrittura sbiadita, cucito con altri atti, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, S. Maria in Valle, cart. 468, s. n. (A).

(ST) In nomine domini nostri Yesu Christi. Anno a nativitate eiusdem millesimo ducentesimo octuagesimo octavo, die sabbati vigesimo secundo mensis madii, indictione prima. Hec est consignatio terrarum ecchlexie[a] Sancte Marie in Valle sive monasterii monacharum Sancte Marie de Montano morantium in porta Ticinensi, iacentium in loco et terretorio de Arexio plebis de Treno, facta per Iacomollum de Limidi et Zanebellum de Nerviano consules vicinorum illius loci et per ser Rulandum Platum et Vercellinum Platum et per ser Albertum de Magezate qui habitant in dicto loco Arexio, eorum nomine et nomine comunis et hominum ipsius loci, tam nobillium quam vicinorum, mihi infradicto Mainfredo de Lomagnia sindico et procuratore[a] ipsius monasterii et capituli eiusdem[b] recipienti nomine et vice ipsius monasterii et dominarum et capituli eiusdem, et Marino de Raude servitore[a] comunis Mediolani qui iverat et ibi erat cum dicto Mainfredo pro ipsis capitulo et monasterio et dominabus et ad eorum petitionem de mandato domini Tadei de Asixio iudicis et assensoris[a] potestatis[c] Mediolani pro ipsa consignatione fieri facienda et recipienda de ipsis terris, et qui omnes iuraverunt ad sancta Dei evangelia, corporaliter tacta scriptura[d], facere dictam consignationem bona